ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: AENEAS SILVIUS PICCOLOMINI. IOHANNES GUALLENSIS. THOMAS SUBPRIOR OCART. HUMBERTUS DE ROMANIS ETC. TEXTE ZUR TÜRKENGEFAHR

Melk, Lambach, u.a., 3. Viertel 15. Jh. Seite 12r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39405
Copyright: Melk, Benediktinerstift



memorie comendato ladislae rex olim
ditissime quamvis regna tibi maxima debent.
Non tamen felix dici poteris nisi virtute preditus.
et animi magis quam fortune bonis habunda-
veris. Regna namque et opes seculi non magis
possidencium sunt quam cuiuscumque. Sed ut in
talari ludo nunc huc transeunt nunc refe-
runtur illuc. Sola virtutis et viventi et
mortuo stabilis est et firma possessio. Iure
que divitibus solon inquit. At nos non permu-
tabimus cum virtute divicias. Tibi ergo
cum divicie affluant. Curandum est ne vir-
tutes desint. Sine quibus ne dum regis sed
nec viri quisquam nomen meretur. Sicut hiemi
necessaria per serenitatem parere convenit.
Ita et boni mores et optimum ad senectutem
virtutis viaticum in pueritia vendicari debet.
Quis novit humane vite variabiles casus
Nihil est sub luna fixum. Nunc divites homines
sunt. Nunc pauperes. Nunc regnant. Nunc serviunt.
Nunc sanitate gaudent. Nunc egrotant.
Nemo scit mane quid vesper vehat. Nemo
tam divos habuit faventes crastinum sibi
ut posset polliceri. Ob quam rem Theseus
ut scriptum esse apud Euripidem Cicero
refert. Sic dicere solitus erat. Nam qui au-
dita ad octo meminissem viro. futuras
mecum comentabar miserias. Aut mortem
acerbam aut exilii mestam fugam. Aut
semper aliquam molem meditabar mali. ut